paululũ expecta·i·modicũ.hĩc aug.Paul⁹ nomẽ humilitatis est· ⁊ sicut saulus dictus est a seuicia ⁊ crudelitate:sic cõuersus dict⁹ est paulus ab hũilitate.Idem ꝓ ꝓverbo⁷ suo⁷ prolationẽ dicit enĩ·i·Corin·xv·Ego sum minimus apl'o⁷:qui nõ sum dign⁹ vocari aplus:nec hoc ꝓtentus ꝙ sit minimus apl'o⁷:sed vocat se minimũ sancto⁷ Ephe·iij·di·Mihi omniũ sancto⁷ mĩmo data est hec gratia in gentib⁹:sed adhuc amplius se humiliat vocans se abortiuũ q̃d tanq̃ fedũ ⁊ abominabile ab oĩbus proijcitur cũ·i·Corin·xv·dicit.Nouissimo autẽ omniũ tanq̃ abortiuo visus est mihi.adhuc aũt ⁊ profundius se humiliat vocans se nihil:cũ·i·Corĩ·xij·dicit:Et si nihil sum signa tũ apostolat⁹ mei facta sunt in vos.Sed nescio quid adhuc humilius de se sentiat scribens·i·Corĩ.iij.Factus sum peripsima oĩm vsq̃ adhuc Postremo sup⁷ oĩa prioza se humiliat vocans se maximũ ⁊ precipuũ peccatorẽ cũ.i. Thi.i.scribens dicit.Fidelis ꝓmo ⁊ oĩni acceptione dignus:q̃ iesus xp̃s venit in hunc mundũ peccatores saluos facere:quo⁷ primus ego sum.Vocat ergo se mĩmũ apl'o⁷ minimũ sancto⁷.abortiuũ.nihil.peripsima ⁊ precipuũ peccatorẽ:vt ex oĩnibus his affectum siue hũilitatis posset saltez tenuiter declarare. ¶ Sed ne videatur hoc dicere q̃dam simulatione sicut nos peccatores ꝓsueuimus nos humiliare:dicentes de nobis tota die.Ego sum peccator.Hoc exclu/dit Bern·sic dicens.Non faciebat hoc paulus mentiendi precipitatiõe:sed estimandi affectione ⁊ subiũgit rationẽ.Qui q̃ perfecte examinãdo seipm intelligit suo peccato nullius peccatũ par estimat·q̃d non intelligit sicut suũ.Sed adhuc aliquis ꝓgit vlterius dicens.Ego non capio illud verbũ quõ paulus in tam sublim vita existens se tam vilem ex affectu potuerit reputare.Dico q̃ quicquid bom habuit soli deo tribuit ·iuxta illud·i·Corĩ·xv·Gratia dei sũ id q̃d sum·si quid vero mali habuit: sibi soli adhibuit.

Q. si hec ratio non sumit: saltem in hoc ipso admiremur prerogatiuã pauli ꝙ tam sublimis in vita tam vilez ex affectu se potuerit estimare·nam ⁊ ego tantã eius humilitatez cũ tante vite sublimitate oĩbus miracul' suis iudico mirabiliozez·nam fm Bern·rara omnino ⁊ magna virt⁹ est: vt magna licet opantem magnũ te nescias:⁊ manifestã oĩbus tuã te solum latere sanctitatem·hoc ego oĩbus virtutib⁹ mirabilius iudico.Sed respiremus si placet ne auditores tedio fatigati si sermo nimis in longuz ducitur his q̃ adhuc de humilitate restant dicenda auida deuotiõe non possint intendere interim ruminantes tanq̃ munda animalia ea que de paulo dicta sunt: vt ex his desiderio inflammati accentu audiant que sequũtur ·ꝛc.

XXI. De eodem sermo quartus.

Obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostrã Phil·iij

¶ Dicit gregor⁹·Vnaquecq virtus q̃si quibusdam gradib⁹ pficitur quousq̃ per incrementa meritor⁷ ad sũma perducit·alia nanq̃ sunt virtutum exordia·aliud ꝓfectus·aliud perfectio.In v̄bis ergo ꝓpositis hortatur nos apl's: vt cũ ipm pfitez tanq̃ formã exemplarẽ cui imprimamur hĩc non possimus:vt pore translatum ad gloriã saltem eos qui pfites sunt ⁊ viuẽdi formã ex suis scriptis acceperũt:diligenter obseruemus vitã nostram ad illoruz regulam informantes.Expeditis ergo in p̃cedentibus gloriosi hui⁹ principis pfecta cõuersione·corporali exercitatione·virtutũ acquisitione ⁊ nostra qualicunq̃ imitatione. Vlsa etiam pauli ꝓfundissima humilitate Nũc restat dicẽdũ de eiusdẽ hũilitatis imitatiõe:hoc est q̃liter ipm in hũilitate ⁊ si nõ in pfectiõis culmine saltẽ tenuiter imitem̃·q̃d oĩo necessariũ est ad salutez eo ꝙ p̃dicta oĩa fructu vacua remanerẽt si nõ pdimẽtuz hũilitatis hr̃ent dicẽte gre· q̃libet affint corporis opa nulla sunt si nõ ex hũilitate pdiãtur ⁊ subiũgit.In cũctis q̃ q̃ agitis fratres mei radicẽ boni opis hũilitatez tenete. Cui ꝓsentit bern·di·Insipiẽs ⁊ insan⁹ ẽ q̃cunq̃ in alĩs vite meritis q̃z in sola hũilitate cõfidit·que cum ita necessaria est oĩni studio conandum est vt eã possimus in ortũ ꝓsciẽtie transplantare·q̃d vt facili⁹ faciamus. ¶

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sermo

Sciendum ꝙ virtus humilitatis sicut cete
re virtutes quēadmodū supra ꝑ gre. patuit
tres habet partes: scz principiū. mediū ⁊ fi/
nem. Prima hūilitas est incipientiū. scda
ꝓficientiū. tertia perfectoꝝ: que tres species
ex triplici radice surgūt in nobis: sicut ex san
ctorum dictis patere potest. Nam hūilitas
incepta surgit in nobis ex cognitione verita
tis. hūilitas ꝓfecta ex deuotiōe caritatis. hu
militas perfecta ex ꝯtemplatiōe diuinitatis
Hec tria per ordinē prosequētes dicim⁹ ꝙ
prima hūilitas surgit in nobis ex cognitiōe
veritatis. qd cōtingit cū primū reuocamur
ad nosip̄os ⁊ audim⁹ vocem dñi dicētis in
tra nos illud Esaie. Preuaricatores redite
ad cor. idqz tam efficaciter ⁊ viuaciter agit:
vt vox ip̄a reducat nos ad nosip̄os ⁊ arguēs
statuat ante faciē nostrā: dicentes nobis ip̄is
illud Jone. i. Qd est opus tuuz. que terra
tua? ⁊ inueniem⁹ nos ī finitis pctis qdāmo
do obuolutos. ꝓpter qd clamare cogimur in
celū dicentes nobis illud Jere. xvi. Ve mi/
hi: mater mea vt quid me genuisti virum ri
xe. virū discordie: nō feneraui nec fenerauit
mihi quisqz. om̄es maledicūt mihi. Naz ex
eo ꝙ deus statuit nos ante nos vt dictū est
illuminamur intus ad cognitionē veritatis
in quo lumine cognoscim⁹ que mala incur/
rimus ex peccato q̄ in hoc lumine cognosce/
mus. Videmus quippe peccata que cōmisi
mus. bona que omisim⁹. culpā quā merui/
mus. merita que āmisimus. offensam quaz
incurrimus. regnū quod ꝑdidim⁹. infernū
quē accepimus. ⁊ ecce fit dolor sup̄ dolorem
anxietas super anxietatē. ex profundo cordis
clamātes ad dñm illud p̄s. In veritate tua
humiliasti me. Qui aūt hec mala cognoscit
veraciter nisi durior sit lapide in ꝓfundum
humiliatur ⁊ vsqz ad pulurē animo cōster/
natur. sic enim dicit Bern. Tu quicūqz es
etiā si sanctus es: si teip̄m ad lumen verita/
tis intus sine dissimulatiōe inspicias ⁊ sine
palpatione diiudices: nō dubito quin hūi/
lieris tu in oculis tuis. factus tibi vilior ex
hac cognitione tui: q̄uis nec dum fortasse
idem esse patiaris in oculis alioꝝ. Et hec co
gnitio in humilem valde ⁊ amarā penitēti
am nos prosternit: tam diu nos mactantes
tamdiu castigātes q̄usqz deus misertus no
stri dicat nobis illud Jere. xlij. Jam placa/
tus sum sup̄ malo qd feci vobis. nolite time
re a facie regis babilonis. qꝛ vobiscū suz ego
⁊ saluos vos faciā ⁊ dabo vobis misericordi
am ⁊ miserebor vestri ⁊ habitare vos faciaz
in terra vestra. J Scda hūilitas sur/
git in nobis ex deuotiōe caritatis. qd contin
git cū per remissionē a peccatis liberati: leti
⁊ alacres currimus viā dei: iurantes ⁊ sta/
tuentes custodire iudicia iusticie eius. noua
q̄dam dilectione feruēter dñm diligentes:
in q̄ auide cupimus deo in omnibꝫ ⁊ per oīa
cōplacere: in quo feruore cū aliquādiu curri
mus. ecce ex q̄dam pia dispensatiōe deus po
nit nobis obicem ⁊ obstaculū. volens expe/
riri vtrū in eius seruicio velimus strenue ꝑ
manere: ꝑmittens quasdā bestiolas carna/
lium temptationū ex cauernis memorie in
mediū serpere. que de reliquijs peccatorum
tanqz tinea de lana erūpentes: mentem ro/
dunt ⁊ lacerāt memoriā inquietātes. ⁊ hoc
est qd dicit Judic. ij. Ego nō delebo gētes
que in medio tui sunt: vt in ip̄is exp̄iar hie
rusalem: vtrū custodiant mādata dñi. Itē
in eodem. He sunt gentes q̄s dñs dereliq̄t
vt erudiret in eis hierusalem. ⁊ postea disce
rent filij eoꝝ certare cū hostibꝫ ⁊ hr̄e consue
tudinē preliandi. Hinc Bern. Benign⁹ de
us nō permittit electū suū temptari in prin
cipio sup̄ istud qd potest. vñ fit vt nec dam
ni quātitas: nec recup̄andi difficultas quā/
ta est innotescat. sed postea innotescit aliq̄li/
ter rei difficultas ⁊ frustra sperata facilitas
euanescit. Et ecce tribulatio sup̄ tribulatio/
nem ex importunitate impugnantiū vicioꝝ
Unde q̄dīu veri boni maior cōcupiscentia
vel maior delectatio mentē hoīs nō obtinu/
it cū exosa q̄dam voluptate gestoꝝ. visoꝝ. au
ditorū patitur imaginatiōes ⁊ ad cogitāda
sp̄ualia ⁊ diuina: lumē oculorū suoꝝ ⁊ ip̄m
non est secū. ⁊ tp̄e psalmodie ⁊ orōis cetero
rūqz exercitiorū sp̄ualium in corde serui dei
etiā reluctantis ⁊ nolētis imaginatiōes vol/
uūtur: ⁊ cogitationū fantasmata versantur.
a quibꝫ velut immūdis auibꝫ circūuolanti
bus sacrificiū deuotiōis vel orōnis rapitur
de manu tenētis: vel sepe polluitur vsqz ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lacrimas offerentis: ⁊ ideo ex hac ꝯsiderati/
one humiliant̃ nihil penitus se facere iudi/
cantes ⁊ vñ se deficere existimant inde ꝓfi/
ciunt nescientes: q̃ licet in opibus forsitan
minus faciant. feruor tñ ⁊ hũilitas ꝓmoue
tur: q̃ facilime euanesceret si ad votũ om̃ia
ꝓuenirent. Hinc Gre. Nõnunq̃ ad conce/
pta desideria minime ꝑuenit̃ vt ip̃a interue
niente tarditate ad eadẽ desideria laxato si/
nu mẽtis dilatentur: ⁊ que extenuari fortas
se impleta poterant: repulsa magis crescant
Vñ semen in terrã iactũ gelu premit̃ ⁊ post
pluuiã quo foras citius apparere cõpellitur
vt eo intus fecũdius radicet̃: ⁊ quo vetatur
ꝓgredi inde citiꝰ cogit̃ multiplicari: ⁊ ex his
om̃ibus hũilitas ꝓmouetur. de q̃ dicit p̃s.
Quasi lugens ⁊ contristatꝰ sic humiliabar
De hac duplici humilitate dicit bern. Est
humilitas quã veritas parit ⁊ nõ hẽt calorẽ
⁊ est hũilitas quã caritas format ⁊ inflam/
mat: ⁊ hec quidẽ in affectu est. illa aũt in co/
gnitione. R Tertia hũilitas surgit ex
ꝯtemplatione diuinitatis in qua q̃nto alti/
us ꝓficimus tanto profundius hũiliamur.
q̃ q̃ntumcunq̃ modicũ est: qd̃ de bonis dei
ꝯtemplãdo accipimꝰ. hocip̃m tam magnũ
tamq̃ excellens est vt in eiꝰ ꝯparatione vile/
scat penitꝰ om̃is creatura. qd̃ tam figura q̃
scriptura lucide declarat̃. Figura. Dicitur
em̃ Ezech. i. Cũ fieret vox sup̃ firmamentũ
stabant anĩalia ⁊ submittebant alas suas.
qd̃ exponens Gre. dicit. Cũ sanctoꝝ mẽtes
creatoris sui potentiã intenta ꝯtemplatiõe
ꝯsiderant vilescunt eoꝝ animo virtutes q̃s
hñt: ⁊ tanto apud se fiũt hũiles q̃nto illud
altũ est qd̃ sup̃ angelos sonat. Idem patet
ꝑ scripturã. Dicit em̃ iteruꝫ Gre. Sancti q̃
apud deũ altius ꝓficiũt: eo subtilius indi/
gnos se esse deprehendũt. q̃ dũ proximi lu/
ci fiunt: quicquid eos in se latebat inueniũt
⁊ tanto sibi foras deformes apparent. quãto
magis pulcrũ est qd̃ de deo vident. q̃ vnus
quisq̃ sibi dũ tactu veri luminis illustratur
oñditur: ⁊ vñ cognoscit quid est iusticia in/
de erudit̃ vt etiã videat quid sit culpa. Cuꝫ
em̃ s̃m philosophũ. opposita iuxta se posita
magis elucescant. hinc est q̃ ꝑ dei sublimia
nostra vilia melius cognoscũtur. hinc abra
am alas deposuit qui loquens cũ deo cinerẽ
⁊ puluerem se vocauit. Hinc moyses alas
deposuit: qui mox vt verba dei audiuit: loq̃
se nescire deprehendit dicens. Obsecro dñe
nõ sum eloquẽs ab heri ⁊ nudiustertius ex
quo locutus es ad seruũ tuũ. hinc dauid a/
las deposuit qui cõtemplans dñm vocauit
se canem mortuũ ⁊ culicez viuũ. hinc bern.
Nunq̃ deprehendit se meliꝰ modus huma
ne imꝑfectiõis q̃ in lumine vultus dei ⁊ in
speculo diuine visionis. L Tertio di/
cendũ est de pauli benignitate: q̃ piꝰ q̃ be/
nignus extiterit circa om̃es. Hanc aũt beni
gnitatẽ tripliciter exercebat: scꝫ cõtra perse/
quẽtes. ꝯtra delinquẽtes. ꝯtra quaslibet mi
serias sufferẽtes. Naꝫ suos ꝑsecutores qui
suã mortẽ aspirabant. sanguinẽ sitiebãt. ex/
cusando defendit dicens. Ro. x. Fratres te/
stimoniuꝫ illis ꝑhibeo. q̃ emulationem dei
habent: sed nõ s̃m scientiã. Nec hoc ꝯtẽtus
sed cõuertit se ad orõeꝫ di. Ro. vt sup̃. Fra/
tres voluntas cordis mei ⁊ obsecratio apud
deũ est pro illis in salutẽ Nec hoc cõtentus
se optabat esse anathema dicens Ro. ix.
Optabat anathema esse ꝓ illis. Vñ Cris.
Nemo vnq̃ tantũ dilexit amicos q̃ntũ ille
dilexit inimicos. q̃nto enim amplius offe/
rebantur tãto plus eoꝝ insaniã miserebat̃.
Scd̃o benignus extitit contra delinquẽtes.
vñ ip̃e dicit Corin. iij. Lugeo multos. q̃ au
tem peccauerũt ⁊ nõ egerũt penitentiã super
immundicijs suis. Cris. Nullus vnq̃ tan
tum doluit ꝓpria mala quãtum ip̃e aliena.
nam vt alij salui fierent: ip̃e a celorũ gloria
cupiebat excludi. q̃si enim totũ mundũ ipse
genuisset. sic ꝓ omnium peccatis doluit. sic
om̃es in dei regnũ festinabat inducere. do/
cendo. orando. supplicando. pollicendo. ali/
quando eternis. aliqñ p̃ñtibus. aliqñ s̃mo/
nibus. aliqñ rebus. aliquãdo ꝑ discipulos.
aliquãdo literis. aliqñ per semetip̃m cupie/
bat eripere lapsos. stantes ꝯfortare. ꝯtritos
saluare ⁊c. Tertio benignus extitit circa oẽs
hoĩes quaslibet miserias sufferentes. Unde
ip̃e dicit. Omnibꝰ om̃ia factus sum: vt oẽs
saluos facerem. subiũgens. Quis infirma/
tur ⁊ ego non infirmor. quis scandalizatur
⁊ ego non vror. M Qualiter autem

paulu3 in hac benignitate imitari debeam⁹ in predictis tribus eius exercitijs informamur. Primo debemus esse benigni ad nostros psecutores. omnē maliciam quam in nos exercent nullo aculeo repugnātes vt dicere possimus cu3 ps. Si reddidi retri. mi. ma. deci. merito ꝛc. Scdo debemus esse benigni ad peccatores: ex pfundo cordis compatientes eoꝝ erroribus ⁊ pro ipis fideliter dño supplicantes ⁊ nihilominus eos consilijs ⁊ auxilijs reuocantes. Ad qd hortat nos apostolus cu3 dicit Galatas. vi. Fratres si preocupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spiritales estis huiusmōi instruite in spiritu lenitatis. qz vt ait Gre. plus ē victurā aīa3 ī ppetuū reficere siue eē reuocare q̄3 ventrem morientem carnis terreno pabulo saciari. Tertio debem⁹ esse benigni ad formā pauli sup quibuslibet miserijs pximorū. nam de hoc genere deuotiōis dicit bern. Multe miserie proximoꝝ in pistillo cordis collecte atq3 oculo pietatis inspecte: ipe sūt species ex quibus vngenta optima ꝯponuntur que omnia vnctio sanctispiritus facere nos doceat.

CXXII. De eodem sermo quintus.

Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Scio hominē in christo raptu3 ꝛc. primū scribitur. i. Corin. xij. scdm autē habet. ij. Corin. xij. Dicit Cris. Consideremus q̄ntis honoribꝰ deus paulum añ tempus resurrectionis extulerit. in paradisum rapuit. in celū subleuauit. ineffabilis archani fecit esse participem taliūq3 misteriorum consciū q̄ nulli hominū phas fuit confiteri. nec immerito ad celū rapitur: qui ꝓpter deum deseruit totam terram. N Expeditis ergo vtcūq3 in precedentibꝰ tribꝰ exercitijs pauli scz conuersione. corpali exercitatione. virtutu3 acquisitione: pariterq3 nostra in eisdem qualicunq3 imitatione. nūc dicendum est de quarto membro in primo sermone ꝓposito scz de contemplatiōe. Et hoc dupliciter: scz in generali ⁊ in speciali. In generali cum dicit. adhuc excellentiorem viā ꝛc. In speciali cū subiungit. Scio hominē in christo ꝛc. De quo duo breuiter tangemus scz pauli ꝯtemplationem ⁊ nostrā imitationem. Nam de sua ꝯtemplatione ipe nobis insinuat vbi sup cū dicit. Veniam autē ad visiones ⁊ ad reuelationes dñi: ⁊ subiūgit Scio hominē in xpo ante annos. xiiij. (siue in corpe siue extra corpus nescio. deus scit) raptū ꝛc. ⁊ scio huiusmodi hominē siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. quoniā raptus est in paradisum ⁊ audiuit archana verba q̄ nō licet homini loqui que sūmis labijs solūmodo tetigisse sufficiat. Quis em̄ contingere psumat vel loqui audeat que (vt ait apls) nō licet homini loqui Hac g̃ dimissa ꝯtemplatione ꝓ paruitatis nostre modulo possibili ꝓseq̄mur. nā de illa intendit apls in verbis ꝓpositis cū dicit. Adhuc excellentiorem viā vobis demōstro ipa em̄ contemplatio inter om̄es vie ⁊ vite actiones excellentior reputat. nā de hoc modicum gustare plus est q̄3 in alijs exercitijs multū laborare. dicente bern. Menti vl animo: cum cetera ps hominis regenda sit sibi subdita. nec digni⁹ aliquid ad querēdū. nec dulcius ad inueniendū: nec vtilius ad habendū q̄3 qd solā mentē supeminet. i. deus qui vicz deus p solā cōtemplationē apprehenditur in hac vita. itaq3 hic sumus vt dicamus de ꝯtemplatione que tres ptes cōtinet. principiū. mediū atq3 finē. Primo dicatur q̄liter ꝯtemplatio incipiat. scdo quid in ea gustatur. siue quō in ea ꝓgrediat. tercio quomō finiat. Principiū autē eius adhuc in tria diuidit. Primo em̄ ponem⁹ ei⁹ descriptionē. scdo ad eam nostrā habilitationē. tertio ei⁹ ingressionē. O Hec ꝓsequentes primo ponem⁹ eius descriptionē quā Gre. describit ita dicēs. Contemplatiua vita est caritatē dei ⁊ ꝓximi tota mēte retinere. ab exteriori actiōe quiescere: soli desiderio ꝯditoris inhærere: vt nihil iā agere libeat: sed calcatis curis oibus ad videndu3 faciē dei anim⁹ inardescat: ita vt iā nouerit carnis pond⁹ cū merore portare: totisq3 desiderijs appetere: illis hymnidicis angl'orū choris interesse. admisceri celestibus ciuibꝰ de interna dei corruptione gaudere. Item aliā descriptionē venerabilis beda ꝓsequit